



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 32. Aliud edictum in favorem Parochorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Hoc edictum non modo promulgatum est, ut licentiæ Librariorum quoscunque libros, ac libellos promiscue absque permisso edentium obviaretur, sed potissimum id fiebat, ut tam Guisio Duci, quam Colinio Architalasso faventium furor coerceretur, cum non minus hi, quam illi famosis suis libellis mutuo sese proscinderent.

Sæcul XVI.  
A C. 1563.

§. XXXII.

*Aliud edictum in favorem Parochorum.*

Insuper in favorem Clericorum ex Parisiensi Diœcesi sancitum fuit, ut Sacerdotes, & Parochi a publicis oneribus, militum stationibus, præstanda annona, aliisque, quæ copiis in transitu alendis imperari consueverunt, immunes essent. Hoc edictum eodem die, quo superius diploma, in Senatu fuit promulgatum, illiusque executio, ac cognitio Prætori Parisiensi specialiter demandata: alio autem edicto statutum, ut in quavis Ecclesia Cathedrali, & Collegiata, ubi plures, quam decem Canonici sunt, Magister, aut Scholasticus constituatur, qui juvenes Religionis, ac literarum præceptis imbueret, ita tamen, ut ei cujusdam præbendæ redditus assignentur.

§. XXXIII.

*Jacobi Putei Cardinalis obitus.*

O 2

Hoc